

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Svmmvla Selectarvm Qvaestionvm Regvlarivm**

**Bonagratia <von Habsheim>**

**Friburgi Brisgoiae, 1665**

§. 8. Quid valeant rescripta apostolica, decreta [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-160625](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160625)

tamen in itinere, cæcâ quadam consuetudine duci ac  
 rûs etiam velut ex legem viuere, prout cuique propri-  
 quoque us sensus suggesserit, Quos igitur Spicarum  
 viciniam manipulos messorum vestigia legens colle-  
 la M. gi, ad Sacerdotem detuli atque legitimo Su-  
 Subp. periorum Iudicio commisi saltem vt in his  
 & quæ certiora doceret ipse, si ad aliorum notitiam  
 uiderem venire consultum non ducerent.

**§. 8. Quid valeant Rescripta  
 Apostolica, Decreta S. Con-  
 gregationis, Decisiones  
 Rotæ? &c.**

- 21. Decreta à Papa emanata quæcunque eti-  
 am extra Ius commune & concilia vagan-  
 tia vim obligandi habent.
- 22. In foro externo quæ Decreta SS. PP. præ-  
 ponderent aliis.
- 23. Declarationes Cardinalium an vim legis  
 obtineant.

**Q**uæcunque Decreta à Papa emanata,  
 siue sint Bullæ, siue Breuia, Rescripta,  
 & alia huiusmodi, quocunque nomine nuncupentur,  
 extra Concilia, & Ius commune vagantia,  
 eadem vi pollere ac Canones in dictis Con-  
 ciliis

**XXI.**  
 Decreta à  
 Papa ema-  
 nata qua-  
 cunque eti-  
 am extra  
 Ius com-  
 mune &  
 Conc.

C4

ciliis

Conc.

*Concilia  
Sagantia  
Sunt obli-  
gandi ha-  
bent.*

ciliis & jure insertos, probat Chassain. de Priuil. Regul. tr. 1. c. 1. prop. 2. tum ex generali Decisione Nicolai Papæ. c. si Romanorū, d. 19. tum Agathonis P. ibid. c. 2. qui breuiter sic inquit, omnes Apostolica Sedis Sanctiones accipiendæ sunt, tanquam ipsius Dni Petri voce firmata sint; Quibus adde c. 4. quo Stephanus P. Enimuerd, inquit, quia in speculum & exemplum S. Romana Ecclesia proposita est, ab omnibus, quicquid statuit, quicquid ordinat, perpetud & irrefragabiliter obseruandum est; singulariter autem Leo Papa 4. apud Iuon. p. 5. Decreti c. 35. Si quis, ait, dogmata, mandata, sanctiones, Interdicta vel Decreta pro Catholica Fide, pro Ecclesiastica Disciplina, pro correctione Fidelium, pro emendatione Sceleratorum vel interdictione imminenti-um & futurorum malorum, à Sedis Apostolica Prasule promulgata contempserit, anathema sit.

XXII.

*In foro ex-  
terno qua  
Decreta  
ss. pp.  
praponde-  
rant aliis.*

Omnia igitur huiusmodi, seu Decreta, seu Rescripta, paris efficaciz sunt, quocunque vocentur nomine in foro quidem interno, nam in foro externo (vt obseruat Chafs.) aliter est iudicandum, praponderat enim Ius commune Conciliis, Concilia Bullis, Bullæ Breuibus, & Breuia signaturis, signaturæ autem viuæ vocis oraculis; sicut & in Canonicis scriptis S. Aug. l. 2. de Doctrin. Chri. c. 8. Eas, quæ ab omnibus recipiuntur, Eccle.

Ecclesijs, præponit eis, quas quædam non accipiunt, eis, quas pauciores minorisque authoritatis Ecclesiæ tenent. Si quas demum inuentum fuerit haberi à pluribus, alias à grauioribus ( quanquàm hoc inueniri vix possit ) eas habendas esse æqualis authoritatis &c. De oraculis viuz vocis ex Industria dicitur V. Priuilegium n. 420.

Cardinalium Declarationes consulto sanctissimo factas, non solùm habendas, vt probabiles & doctrinales, sed etiam vt authoritatuas & necessarias, tanquàm si ab ipso Papa editæ fuissent, ita vt habeant vim obligandi in vtroq; foro, non solū pro illis personis, ad quarū instatiā fiunt seu in illo casu speciali, cui Congregatio respondet; sed vt leges generales in similibus omnibus, permagno Doctorū apparatu propugnat Barbos. Iuris Eccles. l. 1. c. 4. n. 18. Contrariū cum præstantissimis alijs Theologis sustinet Diana p. 1. tr. de Legib. R. 29. quod etsi maximi sint ponderis & ab ijs non sit recedendum sine firmissimo fundamento, vim tamen legis non habere. Quinimò sensus ipsiusmet Congregationis videtur esse ait Peyrin. de subd. Relig. q. 1. c. 25 quod nolit suas Declarationes communiter haberi pro legibus, nam cum certum sit de essentia legis, vt obliget, esse promulgationem, vt dicitur c. 1. de Po-

XXIII.  
Declara-  
tion: Car-  
dinaliū  
an vim  
legis obli-  
gant.

stulat. Præl. §. Verum. & docet D. Thomas 1. 2. q. 9. a. 40. Nau. 10. 1. Conf. de Constit. Conf. 1. n. 2. V. Quinto dico. tantum abest, vt dictas Declarationes promulget S. Congregatio, vt eas nolit neque manuscriptis neque impressis libris publicari, & libros promulgantes prohibet, vt constat ex Decreto Congreg. Anno 1621. die 19. April: & alio simili Congr. Indicis sub die 9. Iunij eiusd. anni. Itaque Non latent hæc, neque mouent Barbosam, qui n. 83. Theologos istos grauitè arguit, quod hac de re tam audacter loqui non debuissent.

Ad fundamentum istorum de promulgatione respondet cum Rodriq. 10. 1. q. 11. a. 2. (seu potius Sala de legib. disp. 21. sec. 12. Coriol. §. cuius ista verba sunt propria) id procedere in legibus, quæ nouū Ius condunt, non autem quæ antiquum declarant, declarationes autem cum ipsa lege, à principio inesse. Sed hoc responsum nec ipsi Salæ (cæteroquin eiusdem cum Barbosa sententiæ) placet. Quoniam (vt ipse loquitur) licet in manifestis Declarationes Legibus insint, & ex se sine alia promulgatione obligationem afferant, secus tamen videtur in dubijs, quia tales Declarationes sunt veluti nouæ leges, vnde cum efficiuntur, promulgari iubentur, non secus ac leges alia nouæ &c. Hanc Salæ responsum verbotenus amplectitur Chastain. supra Prop.

Prop. 3. vbi porrò sententiæ huic non obsta-  
re assensû Põtificis, probat, quod confirma-  
tio Papæ nouum ius, rei, quæ confirmatur,  
nullatenus conferat, adeoque neque Decre-  
tis Cardinalium apposita. arg. c. Cum Dilecto.  
de Confirm. vtil. & inutil. & c. Et c. Examinata.  
ibidem. vbi Gloss. & ita patet, inquit, quod  
Confirmatio nihil vel modicum operatur, quia si  
aliquid inuenit, confirmat illud, aliàs nihil ope-  
ratur. Vide de his insuper Lezan. V. Congre-  
gatio. n. 12. & in hac Summula V. Benedicere.  
n. 59. Interim ad imminuendam auda-  
ciæ notam, quâ Barbosa Theologos sibi cõ-  
trarios ( quos inter, sunt aliqui in Curia  
Romana celeberrimi, præsertim Nauarr.  
ita constanter tenens. l. s. Conf. de sent. Excõ.  
Conf. 15. vbi ait ad finem q. c. quod etiam  
Decisiones Rotæ non recipiuntur in toto  
Orbe, neque in omnibus Academijs. quem  
ita sequitur Portel in dub. Reg. V. Cardinal.  
allegans Del Rio, Vega, Sanchez & c. qui-  
bus adde quamplures alios relatos à Diana  
cit. Chass. ipsòque Barbosa.) ferit, præstat  
ipsam audire S. Congregationem, cuius De-  
cretum ipse Barbosa ibid. refert in hæc ver-  
ba: Verùm cum S. Congregatio Cardinalium  
Conc. Trid. Interpretum sapiens & nouissimè sub  
die 29. April. 1621. in hærento Constitutioni sel.  
Rec. Pj. 4. quæ incipit: Benedictus Deus, decre-  
uerit

uerit Indici librorum prohibitorum addendas esse omnes & quasunque Declarationes, Interpretationes, seu Decisiones sub nomine eiusdem Congreg. Concilij absque illius autoritate impressas & imprimendas, cumque ad illius notitiam peruenerit, quamplures, ex Declarationibus, Interpretationibus seu Decisionibus iuxta contingentiam casuum, illorumque qualitates & circumstantias à se diuersis temporibus factas, secundum ea, quae proponebantur, fuisse alteratas, immunitas, diminutas, ac forsitan alias merito nomine S. Cong. consictas, nulloque praeerea authentico Sigillo munitas, istasque per Tribunalia tam in Vrbe quam per Orbem circumferri & imprimi, consideransque quantum detrimenti recipi possit, si aliqua fides illis adhiberetur. Ea speciali S. D. N. Urbani 8. iussu mandata & praecipit huiusmodi declarationibus tam impressis & imprimendis, quam manuscriptis nullam fidem esse in Iudicio vel extra à quoquam adhibendam, sed tantum illis, quae in authentica forma solito sigillo & subscriptione Em. Cardinalis Praefecti & Secretarij eiusd. Cong. pro tempore existentium munita fuerint. In quorum fide hac propria manu subscripsimus, & sigilli nostri impressione communiri ac typis mandari iussimus. Dat. Romae. 2. Aug. 1631. Ex hoc Decreto cum Lezana V. Congregatio. n. 10. & 11 duo inferes. 1. vt huiusmodi Declarationes, Decisi-

Decisiones &c. sint authoritatiuz, & vim legis habeant, requiri, vt in authentica forma solito sigillo & subscriptione Em. Card. Præfecti ac Secretarij eiusd. Cong. pro tempore existentium munitæ sint. 2. Sufficenter publicatæ & promulgatæ; cum enim, ait, ad hoc quod lex obliget, necessariò requiratur illius promulgatio, vt colligitur ex c. 1. de Postular. Pralat. & S. Thom. 1. 2. q. 90. a. 4. & alijs Theologis communiter non est credendum S. Congregationē velle prædicta obligare, nisi præmissa dicta publicatione. Imò propterea, vt credo, præcipit, vt nõ adhibeatur fides nisi illis quæ dicto modo sigillatæ, subscriptæ & munitæ fuerint, quia illæ solum publicantur in Curia & in locis ordinariè ad id designatis. Bonac. alijs Relatis. Hæcille. Plura P. Coriol. de Casibus Reseru. p. 1. sec. 1. a. 21. n. 5. & alijs passim, qui vtunque Barbozæ videantur locuti audaciùs, veniam tamen merentur atque etiam sequelam, quandoquidem ex vna parte talium Decretorum, ipsius quoque S. Congregationis Iudicio, tam est imminuta fides & authoritas, ex alia non desunt efficacia fundamenta & inueterata plerunque, secundùm antiqui Iuris obseruantiam, consuetudo.

§. 2.